



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Thomas Gottamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

*P. Thomas Cottamus.**Anglus.
Londini.
30. Maij.
1582.
Soc. 3.**Fides .**Confessa-
rius.**Mors.*

Auditis Indicis annuis, ad amplectendam Societatē exarsit, Romæ illam complexus. In Angliam reuersus, Dorobernij comprehensus est 25. Decembris. Londini in turri tormento, Scauingeri dicto, per horam & amplius cruciatus, totis naribus plurimum sanguinem fudit. Urgebatur vt chirographo testaretur, quid in Pij V. Pontificis, & Reginae causâ sentiret: scripsit, se id sentire quod à Romana Ecclesia dedicisset. Dum tentaretur vt in Confessione audita proderet; noluit, etiâ dirè tortus. 20. Maij capitis damnatus, trahæ alligatus, ad supplicij locum raptatus, vnâ cum socijs *Te Deum laudamus* cecinit toto itinere.

E

E
O
il
c
d
c
c
c
f
r
c
o
E
r
I
t
r
h
f
c
c
d

E plaustro, sub furca stans, omnibus benedixit. Libertas illi offerebatur, si Pontificis consilia improbaret; respondit: se ne mille quidem vitæ cum pretio à quocunque Ecclesiæ Catholicæ articulo discessurum. Suspensus, & postea ad carnificinam nudatus, repertus est nudâ carne accinctus cilicio, non sinè suavi omnium admiratione.

Cilicium.

P. Ioannes Meagh, & duo socij.

In Bohemia per iter ab hæreticis rusticis trucidatus est. In odium Catholicæ fidei patratum id esse, illud est argumento; quòd iidem hæretici rustici alios qui vnà iter habebant, innoxios, imò benè sperare iussos, dimiserint. In diuino Sacrificio, & inter colloquendū de diuinis, ardore singulari flagrabat. In

*Hibernus.
in Bohemia.*

*31. Maij.
1639.
ætat. 33.
Soc. 13.*

H Hi-